

profitetur, mendaces sibi æque odiosos atque ipsas inferorum portas. Hoc ingenio quum natus sim, tamen hoc contra fato natus videor, ut per omnem vitam mihi cum mendacibus & impostoribus fuerit res. *Io.* At nondum video scopum, quo totus hic sermo confertur. *Ep.* Expediam paucis. Sunt qui felicitatem petant à magicis artibus, sunt qui ab astris: ego nullam certiorem ad felicitatem viam arbitror inveniri posse, quam si quisque abstineat ab eo vitæ genere, à quo naturæ sensu tacito abhorret; ad id se conferat, quo propensus est: semper excludo turpia. Item ab eorum consuetudine se subducat, cum quorum geniis sentit suo genio non convenire; & his se copulet, ad quos arcano naturæ fertur affectu. *Io.* Id si fiat inter paucos erit amicitia. *Ep.* Christiana caritas se dilatat ad universos, familiaritas autem cum paucis habenda est. Et qui naliuin quamvis malū lèdit, gavisurus etiam si resipiscat, satis opinor, Christiane diligit omnes. *O's χ' ετερον μέρι καλύτερη ενι φρεσίν αὐλός ἢ βάζει.*
Non aliter flagrans odio est mihi janua Ditis,
Atque hi qui celant aliud quam lingua loquatur.

* *Problema.*

CURIO, ALPHIUS.

Cu. **L**ubens ex te rerum plurimarum peri-
to discerem quiddam, si tibi non sit
mo-

Problema.] Problema dictus est hic dialogus;
quod quæstiones quadam in eo proponuntur, quibus re-
sponsio mox subjungitur. Est enim problema quæstio
proposita cum responsione. Et quamvis hoc vocabulum
de naturalibus quæstionibus præcipue dicatur, ta-
mén omni etiam dubitabilis quæstioni communo est.